

subditu sit prohibitum, pro subdito & auxilio alium, quam Dominum Territorii, implorare A. B. cap. 15. & 16. R. I. de anno 1529. §. mit 1 auch Chur / Fürsten 10. R. I. de anno 1541. §. und damit im H. Reich 26. in fo. Knipschildt d. cap. 2. n. 50. & seqq. Besold. thes. præst. verb. Landfuchs Ertl appar. 6. & pag. 114.

70 Equidem jus Protectionis, quod alias etiam *jus Advocaciam* appellatur, nonnunquam aliis, quam Domino Territorii, competit; sicutque antiquitus res valde frequens, quod Monasterii, Ecclesiis, & Civitatis Imperialibus speciales Advocati & defensores constituti fuerint, ut videlicet apud Magerum in celebri tract. *de Advocacia*. Verum probé notandum est, illam Protectionem, cùm non ex Superioritate Territoriali promonet, sed pacitia vel precaria sit, nec Jurisdictionem Protectori tribuere, nec Superioritatem iuri præjudicare per text. in *cap. receptionis* 8. in fine cap. ex parte 18. *de Privilegiis*, cap. præterea 23. *de Jure Patroni*, cap. in singulari 7. in fin. *de Status Magistrorum*. Jamque antiquum proverbium est: *Schulz und Schirm gibt keine Obrigkeit*. Gail. 2. obs. 54. n. 1. 2. & 3. Welenbec. consil. 43. n. 30. Ertl 1. cit. & Facultas nostra in memorata causa, cui iam ante hac subscriptis Facultates Juridicae Tübingerensis.

72 IV. hoc spectat Jus Collectandi, seu Collecta & Steuras provinciales vulgo die *Landssteuer* à subditis quā talibus exigendi. Quamquam anim dubium sit inter Doctores, an Collecta Imperiale, quas pro toto Imperio in Comitis Imperator indicit, a Domino Territorii, vel Domino, Bassam Jurisdictionem habente, debent exigi, prout indicavit nostra Facultas in *Repondo Buxhaemensi* recens impresso pag. 59. eo quod potius iure delegato & vicario nomine, quam jure proprio videantur exigi iuxta R. I. de anno 1576. §. und nachdem dñe 11. Attamen Collectae Provinciales, que in universo Territorio, iure proprii, vel in recognitionem Subalternae Jurisdictionis, vel ad bonum totius Territorio, vel pro necessitate Principis indicuntur, immediate proveniunt ex Superioritate Territoriali. Knipschildt d. cap. 2. n. 115. & seq. Ertl 7. appar. 7. pag. 139. Notant nihilominus illi Authores; & non ita pridem cum illis notavit Facultas nostra Juridica, dari pensiones & praestationes alias, que non arguit ullam Superioritatem v. g. *Lehen* / *Wahl* / *Hand* / *Lehen* / *Jahldie* 3. *as* / *Geld* / *und Frucht* / *Güter* / *Schirm* / *Geld* und *Haber* etc.

75 V. hoc spectat Jus Decrähendi certam portionem à bonis emigrantium è Territorio uno ad aliud, in vernacula das *Abyug* / *Nacht* / *Nachsteuer* / *Frep* / *Geld* / *Abjödö* und *Wege* / *Wegung* / *rc*, idque in compensationem damni

emergentis & lucrcessantis Domino Territorii competit. Knipschildt d. n. 120. Sweder. pars. spec. scilicet 2. cap. 15. n. 4. D. Ertel. appar. pag. 145. & seqq. ubi subjugxit, alii quoque, Jurisdictionem Bassam habentibus, ex speciali privilegio idem jus concedi posse.

VI. hoc spectat Supremeum Jus Forelli vel 76 Forelli sive *Förstliche Obrigkeit* / *oder Herrlichkeit*/ in cujus Domino Territorii in sylvis & nemoribus sui Territorii competit potestas condendi Leges silvestres & venaticas, *Förstliche Gebot* und *Verbott* anulegen; potestas venandi & insectandi feras, & exigendi cum insinem operas subditorum, seu bannum feriunum dei *Waldhann*; item Jurisdictione Forellis *Först oder Jagd* / *Bericht* / seu potestas cognoscendi negotia Forellalia, ac vindicandi delicta circa venationes & sylvas, contras LL. Forstales commissa. Stryck in *usmod. panis. ad tit. de Jurisdictione* §. 16. Lundenpör de *Imperior*. & facili. orig. cap. 31. n. 28. & 2. seqq. Besold. in thes. præst. Verb. *Förstliche Obrigkeit*. Knipschildt de *Civit. Imp. lib. 2. cap. 7. n. 4.* Jusgitur Forelli non confundendum cum iure venandi, sed potius ab eo distinguendum ranquam totum à parte, adeo ut ius Forelli sit aliquod totum, ex pluribus iuribus (inter qua iure venandi numeratur) constatum; sicut pro Domino Territoriali præsumptio, quod omnimoda Forelli iura possit exercere. Petrus Heigius lib. quest. 15. n. 54. Subinde tamen ius venandi separatus à iure 78 Forelli, neque tunc aliam tribuit facultatem, quam insectandi capienda feras, maiores aut minores, pro diversa concedendi ratione & amplitudine: est enim venatio per se ius privatum, ac privatis competens, omnemque Jurisdictionis speciem excludens. Lundenpör cit. cap. 31. n. 16. Subinde quoque 79 ius Forelli pertinet ad alium, quam Dominum Territoriale, & hinc id saltem iure remanet, quod si alter concessio Forelli iure abnatur, & nimis v. g. arbores excindat, illi vel ius Forelli adimere, vel penam aliam dicere valeat. Stryck ubi supra §. 17.

VII. hoc spectat ius bellum gerendi contra exterios; pacem & foedera (sine præjudicio Imperii) pangendi; ius armandi militem; ius sequela; ius restituendi famam & honorem pro Territorio proprio; ius concedendi privilegia vel rescripta moratoria; ius acciarium, ius nundinarum &c. que & alia iura, ad norman hodiernæ præceos exhibent; & prolixè deducunt Knipschildt de *Nobilis*. lib. 3. cap. 2. per tot. Lundenpör de *Imperior.* & *famil. orig.* cap. 30. ànum. 102. Ertl de *Superiorit. Territor.* appar. 7. & seqq. Mingius de *Superiorit. Territor.* cap. 4. ànum. 64. Knichen de *Jure Territorii* cap. 3.

§. II.

De Objecto Jurisdictionis Subalternae Secularis, quatenus includit Potestatem ius dicendi.

81 Iurisdictio Subalterna Secularis, quatenus includit potestatem ius dicendi, continet

I. Leges, Statuta, Edicta, Mandata, quæ quilibet Territorii Dominus pro suo Territo-

rio potest condere, & promulgare, de quibus nonnulla in tradi. de *Jure Leg. cap. 7.* n. 63. & seqq. Swederus part. spec. foli. 2. cap. 13. ànum. 2. Knipschildt d. l. ànum. 59 & seqq. P. Ertl cit. l. appar. 5. pag. 117. & seqq.

82 II. se offerunt Jura constitutendi, deponendi, & exauctorandi Magistratus, sive non-Judices datos aut delegatos tantum, sed etiam ordinarios, quo cuivis Jurisdictione Territoriali prædicto, sunt concepta. Knipschildt d. l. ànum. 7. D. Ertl appar. 6. pag. 125.

83 III. occurunt Tribunalia, quæ, ad ius dicendum, & iustitiam administrandam, vi Jurisdictionis Territorialis possunt erigi. Suntque pro numero & latitudine Territorii plura vel pauciora; plerumque tamen duo, scilicet Cancillaria, & Camera die *Canciller* und *das Hof* oder *Land* / *Bericht*. Knichen de *Jure Territor.* cit. cap. 3. ànum. 315. Swederus cit. l. ànum. 10.

84 IV. se exhibent causa, in tribunalibus eorum, qui Superioritate Territoriali resplendent, examinande, & discutienda. Ubi D. Lundenpör lege cit. cap. 30. n. 50. pro regulâ ponit, quod Jurisdictione Territorialis importanter fundatam intentionem in omnes sui Territoriorum ac difficultate causas temporales, civiles & criminales, reales & personales, judicii tam petitorum quam possessorum. Cui suffragatur Swederus ubi supra n. 12. dicens, causas omnes, tam Civiles quam Criminales, in ejusmodi tribunalibus ventilari posse. Id, cap. 15. n. 11.

§. III.

De Effectu Jurisdictionis Subalterna Secularis.

85 Effectus Jurisdictionis Subalterna singulariter spectatur I. in eminentiore potestate, quæ illi, qui Jurisdictione Subalterna seu Territoriali potiuntur, eadem ferè faciunt in suis Territoriis, que Imperator in toto Imperio. Mingius de *Superiorit. Territor.* cap. 9. n. 54.

86 Quæ causa est, quod Princes, Abbates, & Comites Imperii, Gratia DEI Principatus ac Territoria sua acceptos ferre videantur, in rescriptis, editiis, & epistolis, ut advertit Lundenpör ubi supra. 101.

Quæ etiam causa est, quod lites, in Dicasteris Statuum Imperiorum pendentes, avocare, aut etiam in prima instantia judicare nequeat Imperator, secundum Auream Bullam cap. 11. *Infrum. Pac. art. 5.* §. 20. Capitulat. Joseph. art. 17. ob. 6. n. 9.

Spectatur III. in iure proprietatis, quod Jurisdictione Territorialis Domino Territorio fit propria; exerceatur nomine proprio, non tantum abente, sed etiam prædicti Imperatore; nec abeo vel alio revocari vel admitti potest, nescirem felonie vel lazie Majestatis admittatur. Mingius cit. l. n. 53. Cravetta de Antiquis. tempor. p. 1. n. 17. & 20.



CAPUT VI.

De Jurisdictione Propria.

Jurisdictione Propria, quam in divisione, superioris in cap. I. expensâ, tertio loco num. 34. posuimus, duas sub species continent, *Ordinariam & Extraordinariam*. Utramque separatim nunc digeremus.

SECTIO I.

De Natura, Acquisitione, & Effectu Jurisdictionis Ordinariae.

SUMMARI A.

1. Jurisdictionis Ordinaria etymologia. 2. Synonymia. 3. Definirio. 4. Esi potestas publica ius dicendi. 5. & seqq. Quam quis habet ex officio. 8. & seqq. Acquiritur concessionem Summi Principis. 12. Vel illius, qui potestatem à Summo Princeps accepit. 13. & seqq. In statu Ecclesiastico Summus Pontificis, Episcopi, & Pralati Majores eam concedunt. 15. In statu

politico Imperator & Status Imperii. 16. & seqq. Censetur causam cumulativam non privative concessa. 21. & seqq. Nisi in fundum data fuerit. 23. Acquiritur præscriptione. 24. & seqq. Successione. 27. & seqq. Elezione. 29. & seqq. Concessione. 31. Potest delegari. 32. Juvantur præsumptione Juris. 33. Regulariter & perpetua. 34. & seqq. Limitatione pauciorum.

§. I.

Quid sit Jurisdictione Ordinaria?

Jurisdictione Ordinaria notationem suam ex eo deducit, quod ordinariè, ac quoties necessitas vel utilitas flagitat, exerceatur. Indeque Judex Ordinarius dicitur, qui ordinariè in causis controversiis adiri, & judicare potest ut notar P. Engel ad tit. de Off. Jud. Ord. n. 1.

2. Dicitur quandoque simpliciter ac antonomasticè *Jurisdic̄tia*, ut in L. n. 6. §. 2. ff. de Tuit. Dicitur quoque in eodem sensu simpliciter *Propria* in l. cognitio 4. in pr. ff. de Off. ejus sui mand. et *Jurisdic̄tia*. Dicitur etiam metonymicè *Magistratus*: quia postea hāc Jurisdictione ponitur Magistratus, & vice versa. D. Braun de *Jurisdic̄tia*. cap. 3. §. 1. n. 3.
3. Definitur, quod sit potestas publica, ius dicendi, quam quis ex officio habet.
4. Dixi I. potestas publica ius dicendi: que verba exposita reperies in cap. I. n. 33.

§. II.

Quot Modis acquiratur Jurisdictione Ordinaria?

5. Odi, quib⁹ acquiritur Jurisdictione Ordinaria, sunt legitima Superioris concessio, præscriptio, successio, elecio, conseruatio.
6. Concessio Jurisdictionis Ordinariae nequit ab alio Superiori fieri, quam Supremo Princeps, & cui potestas dandi Judicem Ordinariū à Supremo Princeps est concessa. Ita DD. uniformiter, Christianus ab Ising p.m. de Promotorib⁹ honor. cap. 2. n. 1. & seqq. Befold de Jur. Majest. cap. 3. Bocer. de *Jurisdic̄tia*. cap. 1. n. 1. D. Braun de *Magistratus* cap. 4. §. 1. n. 1. Honor. ad tit. de Offic. Judic. Ord. n. 3. Magnif.

partem

Quot Modis acquiratur Jurisdictione Ordinaria?

559

partem sollicitudinis & partitionem curæ & curia principali assumpti sunt alii, qui Jurisdictionem ordinariam in locis, à Principe designatis, administrant.

7. Ratio secundi est: quia, sicut è Principi voluntate pendet, Jurisdictionem, cui placuerit, imperti: ita pendet, facultatem imperiendi Jurisdictionem, univ. vel pluribus, tribuere: partim quia vires Majestatis non trancendit, similem prærogativam aliis communicare: partim quia plenitudo Regie Jurisdictionis apertius hāc viâ dilatatur: partim quia, si quis Jurisdictionem Ordinariam vi privilegi, à Principe accepti, concedat alteri, idem est, ac si Princeps concessisset. Unde

8. Infurter I. In statu Ecclesiastico fontem omnis Jurisdictionis esse Summum Pontificem, quo in Prælatos Ecclesiasticos ita dimicatur, ut illi, saltem qui majores sunt, velut Episcopi, Archi-Episcopi, Primate &c. alii quoque Jurisdictionem aliquam comunicare possint. Pertinet huc textus Evangelici apud Mathæum cap. 16. & 18. Joan. cap. 20. & 21. Act. cap. 20. Pertinet quoque textus Canonici in se omnes 2. cap. enim vero 4. Diff. 19. cap. in novo 2. & seqq. Diff. 21. cap. in nomine 1. Diff. 23. cap. ipsi sunt 16. & seqq. IX. q. 3. exp. quodcumque 6. cap. non turbatur 7. cap. regamus 15. cap. can. beatissimum 16. cap. legimus 18. XXIV. q. 1. cap. significans 4. de Elel. cap. quantum 3. de Translat. Episc. cap. scilicet 6. de M. & O. cap. novi. 13. de Judic. cap. Romania I. cap. licet 2. de Offic. Vicar. in 6. cap. Episcopus 7. de Off. Ordinar. rōd. in 6.

9. Infurter II. in statu Politico Imperio Romano-Germanici principale ac motricem causam omnis Jurisdictionis esse Imperatorem: à quo in Status & Proceres Imperii tantum amplitudine diffundit, ut illi Dicasteria excitare, Magistratum constitue, Judges in suis Territoriis ordinare possint, ex dictis in priori cap. n. 82. Miller de *Princip. & Stat. Imper.* part. 2. cap. 41. D. Braun de *Magistratus* cap. 4. §. 4. Clarif. D. Chlingensperger tit. diffus. de *Jurisdic̄tia*. b. 55. n. 4.

10. Utrum vero Jurisdictione Ordinaria immediate conferatur ex voluntate & gratia Principis, aut mediata, per Legem scilicet publicam, nihil interpellat per 1. & quia 6. ff. de *Jurisdic̄tia*.

11. Inter tamen Communis tam Canonico, quam Civili Princeps Supremus non conferatur Jurisdictionem Ordinariam cumulative, sed tantum cum amplitudine diffundit, nisi Jurisdictionem in feudum dederit. Quoad Jus Canonicum id patet ex textibus à cap. patet profecto 10. n. que ad finem IX. q. 3. in quibus deciditur, causas omnes, tam pendentes, quam decias, ad Tribunal S. Pontificis deferri posse; & quoad Jus Romanum desumitur ex l. consensu 2. §. 3. & seqq. l. non alias 4. in pr. & §. seqq. ff. de *Judic.* l. Roma 33. ff. ad *Municipal* ubi dicitur, omnes homines, Romæ, hoc est, in residentia Romani Principis constitutos, ibi conveniri & dijudicari posse, tametsi alibi domicilium fixe-

rint, contraxerint, deliquerint &c. Et 19 ratio est: quia credibile non est, quod Princeps, qui est origo & fons omnis Jurisdictionis, Jurisdictionem suam ita in alios diffuere sinat, ut nihil in fonte remaneat, ut qui, exaltandò & honorandò alios, seipsum non vult despiciere, aut deprimere. Itaque indicant Rota Rom. in rec. p. 1. dec. 37. n. 1. & 2. & dec. 121. num 3. & 4. Panormitanus in ap. pastorale 11. de Off. Jud. Ord. n. 6. Muscornius de *Jurisdic̄tia*. n. 34. Petrus Heigius part. 1. q. 9. n. 20. Obrecht lib. 3. cap. 1. n. 29. Bocerus d. cap. 8. num. 34. Haunold de F. & F. v. 4. n. 6. 77. Braun de *Majistr. cap. 4. §. 2.*

Exceptionem de feudo tuerunt Menoch. 21 lib. 2. pres. 18. num. 5. Welenbec. conf. 95. n. 27. p. 2. Obrecht cit. cap. 1. n. 27. Mathias Coler de process. execut. p. 2. cap. 1. n. 132. Bocerus d. n. 34. ac inde probatur: tum quia feudum naturā quasi ususfructus habet tit. 23. n. huius autem generis Fend. 2. jus autem utendifruendi ad solum ususfructuum, exclusus proprietariō, spectat: consequenter in Jurisdictione, per feudum concessā, jus utendifruendi ad solum Vafallum, exclusus Dominō, spectat: tum quia solus Vafallus Jurisdictionem in eum habet, quem in feudo subfeudavit tit. 55. q. 2. illud quoque. Fend. 2. Ergo etiam in alios, si Jurisdictionem in feudo accepit.

Præscriptione Jurisdictionem Ordinariam 23 acquiri posse, res admodum clara definita est in cap. cina contingat 13. de *Furo compet.* ubi Gonzalez in not. 5. P. König ad tit. de Offic. Jud. Ord. n. 7. Quorsum servient dicta in tract. 2. de Praescrip. cap. 4. n. 548. & cap. 5. n. 553.

Successio Jurisdictionem politicam tribuit, 24 quando realisest, atque in heredes transitoria arg. textus in A. B. iii. 7. & tit. 55. §. 1. & praeterea Fend. 2. Covarrv. prati. q. cap. 18. n. 6. & seqq. Bocerus de *Jurisdic̄tia* cap. 8. num. 77. & seqq. Tribuit etiam Ecclesiastici 25 can. in Ecclesiis Metropoliticis, Cathedralsibus, Collegiatis, Regularibus &c. ubi demoratu Archi-Episcopō, Episcopō, Abbatē, Praepositō &c. universa Jurisdictione ad Capitulum devolvitur cap. penult. & ult. de Suppl. negl. Pedras. in 6.

Et quamquam Authores quidam exiliunt, vel jure accre- 26 tionis, vel jure retentionis Jurisdictionem ad Capitula transire: rectius tamen cum D. de Ballis in diff. de *Jurisdic̄tia*. b. 46. n. 4. jure successionis tranfire dicuntur: sicut enim patrimonialia bona deveniunt à patre ad filium, & econtra redunt à filio ad patrem; sic etiam Jurisdictione à Prelato ad Capitulum, seu à patre ad filium, & ab his denud ad novum Antistitem transmittur.

Quod Electio Jurisdictionem Ordinariam, 27 administrat Confimatione, Prelatis Ecclesiastici conferat, in recenti adhuc memoria remanebit ex dictis in tract. 3. de Med. acquir. Prelatur. cap. 1. & num. 520. Interdum quoque Magistratus Secularibus per electionem ordinaria Jurisdictione configuratur, quando

quando per electionem assimi solent, veluti contingit in Civitatibus Imperialibus, ubi Consules & Primores ad fasces & secures votis senatorum evehuntur. Braun de Magistratu cap. 7. §. 1.

29 De Confutudine, vim Legis obtinente, ac Jurisdictionem Ordinariam deferente, textus occurrit in cap. dilecti 4. de Arbitr. ubi

Gonzalez in commentar. n. 10. & seq. cap. cuma contingit 13. de Eo compet. cap. irrefragabili 13. in pr. de Offic. Judic. Ord. Unde, si in loco 30 quodam diuturnis sit moribus observatum, ut semper senior v. g. in Senatu vel Collegio ius dicat ex officio & jure proprio, Jurisdictionem Ordinariam ex confutudine fortius esse censetur.

§. III.

Quis effectus sit Jurisdictionis Ordinariae?

31 Effectus peculiaris Jurisdictionis Ordinariae est i. quod ea praeditus possit per se vel alium jus dicere; hoc est, aut ipmet Jurisdictionem exercere, aut eandem alteri delegare per cap. cum Episcopos 7. de Offic. Judic. Ord. in 6. mense Majorum 5. ff. de Jurisdictione.

32 II. effectus est, quod Juris presumptione juvet, ac illos etiam stringat, ad comparendum, & exhibendum privilegium, qui speciali titulo, in Jure Communione fundato, se pretendunt exemplis cap. cum persona 7. de Privile. in 6. s. quis 5. ff. de Judic.

33 III. effectus est, quod regulariter sit perpetua, nec possit adimi, sed duret usque ad vitam habentis per cap. legatos 2. de Offic. Leg. in 6. ac aliquando (si patrimonialis evadat)

ad successores devolvatur. P. König ad rit. de Offic. Judic. Ord. n. 34.

Dixi regulariter: Nam interdum Jurisdictione Ordinariae restringitur ad certum tempus, v. g. annum, triennium, sexenium; quod transitum, dubium hanc erit, quia Jurisdictione expireret, ut patet in Jure Romano de Praetoribus, quorum Magistratus anno conclusus erat pr. Inf. de perpet. & temporal. Alioquin Si 33 militis isdem ferè modis, qualibus in tract. 3. de Mod. acquir. Prelat. per 10. cap. ult. diximus, Praelatura Ecclesiastica amitti, Jurisdictione, Praelatura vel officio seculari connexa, amittitur per extum in 1. Judic. 12. Cod. de Dignitat. l. s. n. Cod. de Dignitatib. Crivat. D. Braun de Magistratu cap. ult. §. nn.

SECTIO II.

De illis, qui Jurisdictionem Ordinariam habent in foro Ecclesiastico.

SUMMARI A.

36. Jurisdictionem Ordinariam habent Episcopi & Prelati majores. 37. Describitur Vicarius, & dividitur. 38. & seqq. Agitur de Vicario Summi Pontificis. 41. & seqq. De Vicario Parochi. 45. & seqq. De Vicario Capituli. 47. & seqq. De Vicario Episcopi. 50. & seqq. Offenditius ipsius habilitas. 53. Est in dignitate. 54. Beneficiis propriis dilatum non habet. 55. Jurisdictionem Episcopalem universaliter exercet. 56. Praterquam in casibus exceptis. 57. Nominis & autoritatis Episcopi. 58. & seqq. Episcopus non tenet constitutio Vicarium, nisi sit insufficiens muneri Episcopali. 61. Pro suo libito potest unum aut plures assumere. 62. & seqq. Vicarius deus est etiam per mortem auctorisationem Episcopi. 64. & seqq. Argumentorum, qui volunt, Jurisdictionem Vicarii delegatam esse. 67. & seqq. Argumentum pro Jurisdictione ordinaria. 71. & seqq. Priora reprimuntur. 74. & seqq. Vicarius potest alteri unam aut alteram causam delegare. 78. Describitur Archi-Diaconus. 79. Habet Jurisdictionem Canonico-Civilem. 80. & seqq. Non vero criminalis. 83. & seqq. Texus oppositi declarantur. 85. In Monasteria Jurisdictionem non obtinet. 86. & seqq. Describitur Archi-Prophyter. 88. Urbanus gaudente Jurisdictione. 89. Ruralis carec. 90. Salvator objetio. 91. Religiosissimam probabilitate Episcopi. 92. & seqq. Describitur Primicerius & ejus officium. 95. & seqq. Item Sacrisca cum suo officio. 97. Nec iam Casos & ejus officium. 98. Notitia hodierna praxio. 99. & seqq. Prelati Regularis habent potestatem econsumicam. 101. Et Jurisdictionem. 102. Quasibinde est quasi-Episcopalis. 103. & seqq. Priori vel Devani clausurales Jurisdictione non possuntur. 104. & seqq. Abbatissi competit potestatis economicae. 106. Non vero Jurisdictionis. 107. & seqq. Explanatio cap. 12. de M. & O. 113. & seqq. Additur aliqua limitatio. 115. Parochi conceditur Jurisdictione fori interni. 116. & seqq. Non autem externi.

§. I.

An Vicarius habeat Jurisdictionem Ordinariam?

36. Jurisdictionem Ordinariam in Foro Ecclesiastico procul dubio habent Episcopi Prelative Majores, & modis quidem excell-

lentiori ac sublimiori, veluti luculentum est ex toto cap. 4. Unde nil amplius reperire vel superaddere, sed in personas Inferiores, an Juris-

An Vicarius habeat Jurisdictionem Ordinariam?

561

Jurisdictionem Ordinariam obtineant, inquirebatur. Ubi mox occurrit Vicarius, circa quem

37. Notandum I. Vicarium in genere nominari, qui vicem & munus alterius gerit; in specie tamen alium appellari Vicarium Summi Pontificis; alium Vicarium Parochi; alium Vicarium Capituli; alium Vicarium Episcopi.

38. Notandum II. Vicarium Summi Pontificis esse, qui in Urbe, nomine & autoritate Summi Pontificis, tanquam Episcopi Romanorum, Jurisdictionem Ordinariam exercet cap. penult. de Offic. Vicarii; at extra urbem Jurisdictione caret d. cap. penult. Saltem ultra 40. milliarum Italia. Gonzalez ad cap. n. 6. Ejus Dignitas est magna: utpote cum immediatè Papam in Urbe representet, nec tanquam Vicarius Episcopi, sed velut ipsem Episcopum, omnem potestatem, tam ordinariam in subiectis, quam delegatam in exemptos habet.

40. Idcirco non alteri, quam Cardinali, nos trasculū, in perpetuum confertur; licet antiquioribus scilicet alicui Episcopo, ad nutum amovibili, collata fuerit. Card. de Luca in Relat. Coria Rom. dif. 13. n. 1. & seqq.

41. Notandum III. Vicarium Parochi duplum inveniri, tempore & perpetuum. Temporalis est, qui constituitur vel ad certum tempus, vel ad arbitrium Rectoris principalis, ex causa multiplicitum negotiorum, infirmitatis, absentie &c. Hicque tantum potest potestate, quantum illi, cuius subsumit personam, dare voluerit. Vallenius ad tit. de Offic. Vic. in 6. Concil. Trident. 24. de ref. cap. 16.

42. 4. n. 5. Porrope est, qui in Parochis, Collegio, Monasterio, vel Canonici cuiusdam unitis & incorporatis, ad nominationem & presentationem Rectori principali canonicis institutus. Et iste, quādum Parochia maneat praepositus, eadem cum alio Parochio (de quo infra) potestatem addicatur; nec potest a Rectore principali in exercitio curae parochialis impediri per Clavis. m. de Offic. Vicarii. Barbola f. E. lib. 3. cap. 6. n. 31 & in rubr. 440. tit. X. in Collectan. num. 15. Attamen Rector principali, præter externam Ecclesiæ, bonorum, iuriisque custodiā, defensionem, & vindicationem, retinet curam & potestatem parochiale in habitu per argumentum, ex cap. super eo 6. de Prabend. in 6. (Ubi de spirituali Jurisdictione & cura fit mentio) desumptum; eamque potest in actum/eundem & exercitum reducere, quando Vicarius perpetuus quocunque modo, resignatione, privatione, vel morte decedit. Laymann de Elec. Prelat. q. 208. in Leuren. in Foro benef. p. 1. sect. 1. q. 13. Pirhing ad tit. de Prabend. n. 220. Wieschner ad tit. de Offic. Vicar. num. 11. & 12. Schmalzgrueber ibid. n. 6.

45. Notandum IV. Vicarium Capitulare repatrii, quem Capitulum, Sede vacante, constituit. Cum enim tota Episcopi Jurisdictione, Sede vacante, devolvatur ad Capitulum ex num. 75. difficulter tamen à toto Capitulo, in Corpore congregato, quod singulos actus P. SCHMIER JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

administretur: idèò in Concilio Trident. sess. 24. de Reformat. cap. 16. decretum est, ut intra octoduum à morte Episcopi vel anterior Vicarius generalis confirmetur, vel novus substituantur, qui saltem in Furo Canonicis Doctor vel Licentianus, vel aliis, quantum fieri poterit, idoneus. P. Reiffenstuel ad tit. de Offic. Vicar. n. 70. & seqq. Hic proinde talen acquirit Juris 46 dictiōnem, quem Vicarius Episcopi; quinā imo maiorem, dum secundū Garciam de Benef. p. 5. cap. 7. n. 28. & alios, quos refert & imitatur Clariss. P. Schmalzgrueber cit. l. 30. vi generalis sua commissionis potest etiam ea gerere negotia, qua ceteroquin madatum specialis desiderant; ex ea diversitatē ratione, quod ad Episcopum, si vivat, facillior patet accessus, quam, si fuerit mortuus, ad Capitulum, quod tam citò defacili non congregatur. Dissentit Barbola de Canonicas. & Dignitas. cap. 42. n. 103.

Notandum V. Vicarium Episcopi vel esse 47 Natum, vel Datum. Natus appellatur Archidiacus cap. Archi-Prophyter 1. de Offic. Archidiac. Datum alias Vicarius Generalis nuncupatur, & in Jure cum Officiali per frequentem confundit, ut patet ex cap. dilecti 66 de Appellat. cap. ex frequentibus 3. de Institut. cap. cimmissus 3. de Temporik. Ordinat. in 6. Quamquam 48 officia ipsorum in aliquibus Diocesibus sint diversa, ac Officialis ad caulas non-beneficiales, judicialiter ventilatas; Vicarius autem ad caulas beneficiales & alias extra judiciales deputari conveuerit; indeque in cap. ult. de Offic. Vic. in 6. Concil. Trident. 24. de ref. cap. 16. sub alternatione & diversitate Vicarius Generales & Officialis ponantur. P. Reiffenstuel ubi suprad. 58. & seqq.

Deficit potest Vicarius Episcopi, quod sit 49 persona habili & publica, que Jurisdictionem Episcopalem, authoritate & nomine Episcopi exercet.

Dixi I. persona habili. Censetur autem, 50 habili persona, si sit Clericulus, in etate 25, annorum constituta, ac gradu Licentiae vel Doctoratus Juris Canonici insignis, aut alias scientia convenienti instruta arg. Trident. 4. sess. 24. de ref. cap. 16. Persona Laicalis, 51 esti potest in Vicarium Episcopi temporalem assumi; quin etiam in Episcopali Consistorio munus Consiliarii vel afferioris agere, in Vicarium tamen, in spiritualibus Generalem, assumi nequit, per textum & rationem in cap. nullus 18. cap. in nona 22. XVI. q. 7. cap. determinans 2. de Judic. Personam Regularis, Ordinem 2 non-Mendicantium professi, cum in Episcopatu eligi possit, nec Vicarium Generale agere alicubi prohibetur, non erit inhabilis ad officium Vicarii. Barbola de Offic. Ep. alleg. 54. n. 12. Rebuff. in praxi benef. iii. de Vicario Episc. n. 31. & seqq. P. Schmalzgrueber ad tit. de Offic. Vicarii sub n. 17.

Dixi II. & publica. Est enim Vicarius in 52 Dignitate Ecclesiastica constitutus: utpote cum Jurisdictionem & precedentiam habeat ante omnes Clericos & Ministros Episcopales. Bbbb Scham-

Schambogen ad cit. tit. num. 13. Barbola cit. l. num. 132. Pignatell. Confus. Canon. 10. 3. cons. 54. ult. 6. n. 3. & 4. Beneficium tamen Ecclesiasticum in rei veritate hoc ipso non videtur habere, quod stabilem & fixam Dignitatem non habeat, sed possit ad libitum Episcopi revocari. Schambogen cit. l. n. 12.

55 Dixi III. *Jurisdictionem Episcopalem*. Itaque pro Vicario sit intentio & presumptio Juris, quod universa que pertinent ad Ordinarium Episcopi Jurisdictionem, peragere valeat, nisi specialiter excepta sint cap. liet. 2. cap. ult. de Offic. Vic. in 6. Passerini in comment. ib. a. n. 1.

56 Garciae de Benef. p. 5. cap. 8. n. 65. Specialement autem exceptae sunt causae criminalis in d. cap. liet. 2. collatio beneficiorum d. cap. ult. dispensationes in votis, censuris, juramentis per Trident. sif. 24. de ref. cap. 6. absolutiones a casibus reservatis cap. si Episcopus 2. de Panis. & remif. in 6. ac perique actus Jurisdictionis voluntaria, qui circa necessitatim expediuntur, ac proinde speciali mandatum Episcopi defiderant. Garciae d. l. num. 46. & 63. Clericat. de Jurisdict. dif. 27. n. 9. Viendicant Engel ad tit. de Offic. Vic. num. 10. Schmalzgruber ibid. n. 22. & 23. qui Authores ejusmodi causas, quos ad suis titulos differimus, in specie accumulate.

57 Dixi IV. *authoritate nomine Episcopi*. Si quidem unum est tribunal Episcopi & Vicarii, ac sententia, quam tulit Vicarius, adscribitur Episcopo; proindeque non licet a Vicario ad Episcopum, tanquam ab eodem ad eundem, appellare cap. non putamus 2. de Confus. in 6. cap. Romana 3. de Appellat. in 6. praterquam ubi sententia est tantum interlocutoria vel nulla, quam, sicut ipsorum Vicarius emendare valet, sic etiam Episcopus. P. Engel cit. l. n. 7.

58 An autem Episcopus teneatur constitui Vicarium Generalem? Aliqui trahunt in controversiam; ego non controversum arbitror. Vel enim ipsem Episcopum est per se ipsum sufficiens, ut solus Episcopale munus in exercito Jurisdictionis obire valeat; vel amplitudo Diaconis aut negotiorum arduitas & copia non limit Episcopum omnia, que vellet, exs. 59 pedire. Primum cau non tenetur Vicarium constitui, ne, quod in favorem Episcopi fuit introductum, ut in partem sollicitudinis & oneris possit afflumere Coadjutorem, inodium detorqueatur contra cap. quod ob gra-

60 diam 61. de R. f. in 6. Altero cau dictar. aequitas & iustitia, ut, ubi pluribus expeditiobibus unus est impar, laborem partiatur, Vicarium idoneum assumendum. P. Engel ad tit. de Offic. Vic. n. 9. P. König ibid. n. 5.

61 Porro, si velit Episcopus, non tantum unum sed plures Vicarios constitui potest, vel in solidum & privative, vel conjunctum & cumulativum; prout etiam non prohibetur deponere unum Vicarium in urbe, qui proprius Vicarius Generalis appellari conuenit; alterum foris & ruri, qui propter foraneum audit per Clem. et 2. de Refersip. Barbola de Offic. &

pot. Ep. alleg. 54. n. 165. Clericat. de Jurisdict. dif. 27. n. 14.

Dixi V. *exercet*. Exerceat autem Jurisdictionem tamdiu, quamdiu Episcopus vivit, & Vicarium non revocat. Quodsi Episcopus moriatur, aut naturaliter, aut civiliter seu potius Canonice, puta, quod excommunicationem vel suspensionem incurrat, Vicarius Jurisdictionem cum Jurisdictione Episcopi perimitur aut suspenditur arg. Trident. sif. 24. de ref. cap. 16. & cap. Romana 1. de Offic. Vic. in 6. Idem accidit, si revocetur ab Episcopo, ad cuius beneplacitum sicut primitus incipit esse Vicarius, ita ad illius revocationem definit esse Vicarius arg. I. judicium 58. ff. de Judic.

Supradicta non ordinaria quæstio, brevi 64. ter ventilata, fitne Jurisdictione, quod Vicarius Generalis eminet, Ordinaria vel Delegata? Delegatam esse, contendunt Sotus, Clericatus, & alii, à Barbola d. alleg. 59. n. 30. citati. I. quia jurisdictione Vicarii est eadem cum Jurisdictione Episcopi per cap. non putamus 2. de Confus. in 6. cap. Romana 3. de Appellat. in 6. Ergo nequit esse Ordinaria: alioquin esset penes duos in solidum contra l. s. ut certo 5. §. 25. ff. Comm. II. quia, qui alterius beneficii 65. Jurisdictionem exercet, non Ordinaria sed Delegatam habere censem per I. more 5. ff. de Jurisdict. Sed Vicarius exercet Jurisdictionem beneficii Episcopi. Ergo &c. III. quia 66. Jurisdictione Ordinaria est perpetua juxta n. 33. qualis non est Jurisdictione Vicarii, que, sicut liberè confertur ab Episcopo, sic liberè, & quandoconque placuerit, rursum admittitur.

Ordinaria esse, propugnat Panormitan. 67. in cap. decernimus 2. de Judic. n. 17. Covarruv. lib. 3. Par. refol. cap. 20. num. 4. Gutierrez Q. Canon. lib. 2. cap. 17. n. 17. Barbola cit. l. n. 26. Pignatelli. rom. 3. Confus. Canon. 64. num. 5. Magnif. P. König ad tit. de Offic. Vic. num. 15. Clariss. P. Guetherer Inst. Jur. Can. lib. 1. tit. 15. n. 12. Primum horum fundamentum 68. est: quod Jurisdictione Vicario competit vi munericis, ad hoc instituti, nec speciali indigat concessionem, sed unà cum ipso officio deferatur, per textum notabilem in cit. cap. liet. 2. de Offic. Vic. in 6. Talis autem Jurisdictione est Ordinaria ex 5. Secundum: quod Ju- 69. risdictione, que habetur à Lege stabili & communi, dicatur Ordinaria arg. I. & quia 6. ff. de Jurisdict. Atqui Jurisdictione Vicarii habetur à Lege communi & stabili per cit. cap. liet. &c. Ergo &c. Tertium: quod Vicarius ha- 70. beat idem tribunal cum Episcopo, ac eandem Jurisdictionem, non tantum quod ulim, sed etiam quoad proprietatem per cit. cap. non putamus 2. de Confus. in 6. cap. Romana. 3. de Appellat. in 6. Atqui Jurisdictione Episcopi est Ordinaria. Ergo &c.

Retenam hanc posteriore sententiā, ad pri- 71. mum argumentum contrarium responderi potest per retorsione ultimi fundamenti in. n. 70. propositi. Nec sequitur exinde, quod Jurisdictione sit penes duos in solidum eodem modo

modo & ratione: quippe penes Episcopum est independenter & illimitata; penes Vicarium dependenter & limitata; & potis, quod sequeretur, non esset contra nostra 72. principia, suò tempore stabilienda. Ad

secundum Resp. negandò minorem. Vicarius etenim Jurisdictionem suam principaliter nascitur ex Lege, Episcopò non Jurisdictionem tribuite, sed solam designante personam, in quam Lex una cum officio Jurisdictionem transfert; ut contigit in Legato S. Pontificis, qui, licet quodam personam designetur a S. Pontifice, cuius vices sustinet, Jurisdictionem tamen immediate consequitur ex Lege juxta cap. cum non ignoratis 1. de Offic. Leg.

73. cap. Logatos 2. edid. in 6. Terrium argumentum recipit solutionem ex num. 34. quod enim Jurisdictione Ordinaria debet esse perpetua, est aliiquid ordinari & plerumque contingens, absoluto tamen non necessarium: cateroquin enim nec Praetoris Romani, nec Rectoris Academicorum, nec Superiorum temporalium Jurisdictione foret Ordinaria; cum & ista temporalis & transitoria sit.

74. Queres: utrum Vicarius Episcopi suam Jurisdictionem alceri delegare possit?

§. II.

Habentne Archi-Diaconus Jurisdictionem Ordinariam?

75 A Rchi-Diaconus, quem Natum Episcopi Vicarium esse, notatum erat in n. 47. est primus & princeps Diaconorum, qui & si Vicarium Generalem excipiunt Ministrorum Ecclesie Cathedralis, Jure Communis consideratio in cap. ut Archi-Diaconus 1. cap. ad bac 7. de Offic. Archi-Diaconus.

76 Habet ex communissima DD. sententia Jurisdictionem Ordinariam in causis Canonico-Civilibus per textus in cap. mandamus 6. d. 1. ubi Archidiacomo committitur potest Ecclesiæ visitandi; item in cit. cap. 1. & 7. ubi dicitur Archi-Diaconus vices Episcopi gerere, omnem curam super Clerum habere, singularium iuris audire, corriger & emendare, que corrigenda & emendanda sunt, Sub-Diaconis & Levitis imperare, atque in ipsum Archi-Presbyterum Jurisdictionem exercere. Qui termini factis arguent, Jurisdictionem aliquam, & Ordinariam, Archi-Diacono concessam esse.

77 Quod autem in causis criminalibus Jurisdictionem non habeat, colligitur partim ex cap. Archi-Diaconis 5. ubi dicitur, Archi-Diacono non licet in aliquos sententiam (subtiliis in criminalibus) promulgare, nisi autho- 78 ritas Episcoporum acceperit: partim ex cit. cap. ad bac 7. de Offic. Archid. ubi cause magis ar-

§. III.

An Archi-Presbytero Jurisdictione Ordinaria competit?

79 A Rchi-Presbyter, quasi præcipius inter- 80. rior Archi-Diaconi, officiò tamen & dignita- te interior cap. perletius 1. §. Archi-Presbyter Dis-

25. cap. ut Archi-Presbyter 1. de Offic. Archi-Pres-
87. cap. ad bac 7. de Offic. Archi-Diconi. Hunc
tamen suprematum non tam ex Jure Com-
muni, quam speciali consuetudine, ortum
trahere, cum Hallierio tradit Gonzalez in *nos.*
ad cit. cap. ut Archi-Presbyter n. 3. & hinc non in
omnibus Ecclesiis Archidiacoно preceden-
tiā pra Archipresbytero concedi, praxis
Germania docet, & ostendit Card. de Luca
de Praeminent. dīc. 20. per tot.

88 Hostiensis in Summa ad tit. de Offic. Archi-
Presbyt. quem prouisimè lequantur Inter-
pretes, duplē Archi-Presbyterum facit,
Urbanum & Ruralem. *Urbanus*, qui & *Decanus Ecclesie Cathedralis* aut *Collegiata* nuncupatur, est, qui Presbyteris in Urbe, seueridentis
Episcopali, degentibus, p̄fici: hicque &
Dignitatem & Jurisdictionem Canonico-Civi-
lem habet per cap. officium 3. d. t. Azor Inflit.
Moral. p. 2. l. 3. cap. 15. q. 7. Gonzalez *tit. loc.*
n. 4. P. Wieschner ad cit. tit. n. 2.

89 *Ruralis*, qui etiam *Decanum Ruralis* ad mem-
tem cap. ad bac 7. & subsequentem de Offic. Archidiac.
appellatur, ac extra Civitatem Episcopalem
curam gerit tam plebis quam Clericorum,
verius neque Jurisdictione, neque Dignitate
conficiens est: ed quod nulli propriū dicto
Presbyteriorum Collegio p̄ficit; nec capax cen-
featur esse delegationis Apostolicæ per Clem.

§. IV.

Utrum Primicerio, Sacrifice, & Custodi concedatur Jurisdictionis Ordinaria?

90 Primicerius est primus in cera, seu tabula
officiorum, aliò vocabulò Cantor, Prä-
centor, vel Director in Choro psallentium,
imò hodie Scholasticus nominatus cap. perle-
tiss. 1. §. ad Primiceriorum Diff. 25. Trid. sif. 23.
92 ref. cap. 18. Ejus officium est, junioris
Clericos in cantu Chorali instruere, modum
legendi facros libros edocere, ac omnia, quæ
ad Laudes Divinassum decore & fervore per-
agendas, conductucere, monstrare per cap. nn.
94 de Offic. Primicerii. Habet equidem de
Jure praecedentiam coram aliis Clericis sim-
plicibus, sicut Perfornatum gerit arg. cap. cim
accessissent 8. de Confess. cap. cim olim 6. de Con-
fess. Jurisdictione vero destitutus est:
cum & Archi-Diacoно subdit d. cap. nn. 8.
quæ correptione digna perspexit, Episcopo
denuntiare debeat d. cap. perleltis 8. ad Princi-
pium Diff. 25.

95 Sacrificia, seu Thesaurarius, à cura sacrariorum,
rerum, & vasorum sacrorum, nomen adeptus,
nullà Jurisdictione gaudet, sed nudum officium,
custodiam, & dispositionem, circa fa-

cram suppellexitem, paramenta, vasa, lumina-
ria &c. habet cap. nn. de Offic. Sacrifica. Vi-
detur nihilominus in Perfornato positus esse,
ratione cuius caufarum Apostolicarum Dele-
gatuum agere queat per cap. cim olim 3. de Offic.
& pot. *Jud. Delig.* cap. ex tenore 11. de Foro com-
pet. Barbosa *tit. l. cap. 8. n. 6.* Gonzalez ad
cit. cap. nn. de Offic. Sacrifica. 1. P. Wieschner
ibid.

Custos in Jure est, qui custodiā gerit Ec-
clesias utensilium minus pretiosarum, v.g.
lintearium, olei, lampadum &c. deberet
lucernas accendere, & extinguere, ad officium
Divinum pulsare, ac ea ferē agere, quæ
hodie editui per cap. nn. 1. & 2. de Offic. Custo-
dis. Sed de confusuridine nomina Gu-
stodis ac Sacrifice confusa sunt, per plerumque
in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis uni
ex Canonici officium Custodis (idem acci-
dit cum officio Scholastici) quoad supremam
inspectionem commititur, ministerio penes
editios remanente. P. Engel & Interpretes
ad cit. tit.

§. V.

Qualem Jurisdictionem habeant Prelati Regulares?

99 Prelati Regulares sunt Abbates, ab Ha-
breo voce *Pares* denominati; sunt & Prä-
positi, Prioris Conventualis, Guardiani, Re-
ctores &c. Hi omnes duplice potestate pra-
cellunt, *Oeconomicā & Jurisdictionalē*. Oe-
conomicā suboritur ex voto obedientia, quod se
& sua in voluntatem Prelatorum transcribunt
subdit Regulares, eaque omnia servare te-
nentur, que secundum Regulam & institu-
tum imperantur cap. nullam 9. XVIII. q. 2. Ju-
risdi-

cōficiā suboritur ex voto obedientia, quod se
& sua in voluntatem Prelatorum transcribunt
subdit Regulares, eaque omnia servare te-
nentur, que secundum Regulam & institu-
tum imperantur cap. nullam 9. XVIII. q. 2. Ju-
risdi-

Sintne Abbatissæ vel Präpositæ Monialium Jurisdictionis capaces? 565

ritationalis provenit à Summo Pontifice, qui
Prelatos Regulares Regularium subditorum
Ordinarios esse voluit Judges, tam in civili-
bus quam criminalibus causis, ut constat ex
cit. cap. nullam cap. edoceri 21. de Rescript. cap. cim
in Ecclesiis 10. de M. & O. cap. Monachis 2. cap.
cim ad Monasterium 6. cap. ea, quo 8. de Statu
Monach. cap. scit 33. de Simonia.

100 Quodsi Prelati quidam exempti sint, non
solùm quod se & sua Monasteria, sed etiam
quoad Territoria & populum, dicuntur ha-
bere Jurisdictionem quasi-Episcopalem, ac ea
omnia facere posse, quæ possunt Episcopi cap.
Abbas 18. XVIII. q. 2. P. Engel de Privile-
giis Monach. privil. 48. n. 6.

§. VI.

Sintne Abbatissæ vel Präpositæ Monialium Jurisdictionis capaces?

101 A Bbatissis, Priorissis, & reliquis Monialium
Präpositis, Magistris, aut Matribus, po-
tentiam aliquam *economiam & domesti-
cam* competere, vi cuius ea, quæ Regule sunt
consentanea, pricipere, disponere, ac delin-
quentes coercere possint, receptum est apud
DD. P. Layman de Jurisdic. Ord. conclus. 133.
& seq. P. Jacobus Wex in Epis. Can. part. 1.
cap. 8. n. 3. Nam votum obedientiae,
quod Moniales, Religionem solenniter profel-
sa, Abbatissis vel Priorissis fener subjiciunt,
obstringit illas ad omnia, quæ juxta Regulam
imperantur, observanda.

102 An etiam Jurisdictionalis potestate sint cap-
aces? Dubium est; in quo tamen reperientia
negativam tenet, ex ea ratione, quod Jurisdictionis potestas Ecclesiastica in-
directe solum pertinet ad potestatem clavium per cap. fin. de Excess. Prälat. Atqui for-
mina potestatis clavium incapaces sunt, ut
habet insignis textus in cap. nota 10. de Ponit.
& remis. Ergo & potestatis Jurisdictionalis
Ecclesiastica. Layman cit. l. Wex d. cap. 8.
n. 7. & seqq. Wieschner ad tit. de Off. Jud. Ord.
num. 101.

103 Obscurare videtur cap. dilecta 12. de M. & O.
ubi referunt, Abbatissas possunt canonicas &
Clericos, sua Jurisdictioni subiectos, proper imba-
dientias & culpas eorum officio beneficioque suffi-
dere.

104 Sed, si intentiore oculò & animò legatur
textus iste, nullatenus obstat. Imprimis enim
recitata verba non sunt Pontificis, sed Abba-
tissæ, nec in dispositione, sed narratione pos-
ita: adeoque nec Jurisdictionem, nec suspen-
sionem probant. Ulterius supponitur
aperit, quod Abbatissa non habeat Jurisdi-

§. VII.

An, & qualem Jurisdictionem habeant Parochi?

105 Parochis Jurisdictionem Ordinariam esse
concessam pro foro interno, inclarescit
ex eo: quia, præter ius administrandi omnia
Sacramenta intra fines sua Parochie juxta
Clem. Religio 1. de Privil. potest Parochus in

facro Tribunal de omnibus suorum Paro-
chianorum peccatis, S. Pontifici vel Episcopo
specialiter non reservatis, cognoscere, poenitentiā dñe, penitentes ablolvere, vel con-
demnare; nec alius, qui delegatione & licen-
tia

tia Parochi, aut privilegio Apostolico, destituitur, hisce actibus se intrumittere potest cap. omnis utriusque 12. de Pensi. & remiss.

- 116 At Jurisdictionem propriam, ac contentiam, pro foro externo concessam, non habet: quia de causis Parochianorum judicialiter cognoscere, sententiam aut censuram ferre, absolvere pro toro externo, spectat ad solum Episcopum per cap. de persona 38. XI. q. 1. cap. perniciose 1. cap. duo simili 9. cap. pastoralis 11. cap. irrefragibili 13. in pr. & 3. seqq. de Offic. Jud. Ord. Layman de Jurisd. Ord. conclus. 158. Gonzalez ad cap. cum ab Ecclesiis 3. edd. tit. num. 2. Clericat. de Jurisd. dis. 26. n. 31. & seqq.

SECTIO III.

De Personis, que Jurisdictionem Ordinariam habent in foro Seculari.

SUMMARI A.

119. *Habentes Jurisdictionem Ordinariam in foro seculari dicuntur Magistratus.* 120. Alii sunt *Urbani & Ordinarii.* 121. Nempe *Consules.* 122. *Praefectus Praetorio.* 123. *Praetores.* 124. Alii sunt extraordinarii. 125. *Videlicet Dilecti. Regibus Tribuni Celerum: quod officium ferat, erat, quale hodie Praefectorum Praetorio.* Nempe, ut scribit ad d. S. Garro pag. 124. *jus sumnum in milites habebat; Dilectorum tamen obsequiatur, & secundum post eum potestatem, geretur.*

*Nimirum Proconsul. 126. Ejus Legatus. 127. Praef. 128. Quaestor provincialis. 129. Procurator Cesaris. 140. Praefectus Augustalis. 141. *Juridicus.* 142. Praefectus Praetorio. 143. & seqq. Alii sunt *Magistratus Municipales.* 145. *Decuriones non habebant Jurisdictionem.* 146. *Sed Dunnviri. 147. & seqq. Et Defensores Civitatis. 149. Hodie facies Imperii est alia. 150. Brevis hodierna Jurisdictionis notitia.**

§. I.

De Magistratibus Urbanis.

- 119 **P**ersonae, que Jurisdictionem Ordinariam habent in foro seculari, dicuntur alias de Jure Romano proprio nomine Magistratus, velut notavit Sutholt de Jurisd. apophisno 204. & conflat ex num. 2.

120 Ex istis in Veteri Romanorum Republica quidam erant Magistratus Urbani; aliqui Provinciales; ali Municipalis. Urbani vel erant ordinarii, vel extraordinarii. Ordinarii seu legimi vocabantur, qui statim temporibus, ac singulis annis ad munus suum ordinarium obendum a populo creabantur; Seu, qui in ordine, Legibus instituto, solenni more deputabantur, & perpetuo usurabantur, ut loquitur cit. Sutholt apophis 212.

121 Horum numerò erant I. Consules, quorum potestas tam in iure dicendo, quam in gubernanda urbe, Regibus exactis, propemodum fuit regia per L. necessarium 2. §. 16. ff. de O. J. Et idē, ne Regibus per omnia se crederent similes, Legi cautum extitit, ut ab illorum sententiā detur provocatio; néve possint in caput Civis Romani animadverte; relicta coercendi, capiendo, & custodiendi facultate d. l. & seq.

122 II. erant Praefecti Praetorio, qui ab initio Cohorti praetoria, seu custodia militari Principum vulgo die Leib Guardi præterant; d. l. 2.

Talis est I. Dilectus: hic enim non aliud, quam bellum gravioris tempore, sed cum amplissima

Neque reponas, in cit. cap. cum ab Ecclesiis 117 rum & cap. anteced. manifestè doceri, quod Parochi sententiam excommunicationis promulgare, & excommunicatos possint ad parendum sententiæ compellere. Enim 118 verò in cit. texibus supponitur, aut speciali jure Parochis potestatem excommunicandi delegatam fuisse, propterea, quod ab initio cit. cap. cum ab Ecclesiis in generi fiat mentio Prelatarum Ecclesiasticorum; aut potestatem, quam habent Parochi, ad declarandas duntas & manutendandas excommunications, quas Parochiani ipsò iure & factò notoriò antecedenter jam incurrerant, coarctari.

De Magistratibus Urbanis.

pag. m. 209. eum in finem assumptus, ut certi nendi secernendique frumenti sollicitudinem haberet, avehi undique, & adiectum iudicium p̄tēti vñire faceret; ac, si quis ultra necessitatē habuerit, in medium proferre cogeret.

Talis est VI. Quaestor, tum Capitalis, qui 30 questiones Capitales, Romano populo specialiter reservatas, tractare consueverat d. l. 2. 23. tum Cameralis, inquirende & conservande pecunias gratia creatus d. l. 22. Huic posteriori primitus nullam fuisse Jurisdictionem, non postea Jurisdictionem & Imperium mixtum, sine quo pecuniam conquerire & seruatio inferre non poterat, eidem accessisse, tradunt Boer. de Jurisd. cap. 8. n. 60. Miller ad Struv. d. exercit. 4. th. 18. lit. 9. Alios 31 quoque Quaestores apud Romanos viguisse, sed pre Republica diversitate diversos, patet ex l. un. ff. de Off. Quaestor. docente Struv. cit. Lauterbach & Stryck in sua med. ad eiusdem. tit. Quia ipsi Quaestorum diversitas in causa est, quod eos non inter Magistratus ordinarios, sed extraordinarios retulerim.

Quaeres: an Senatores inter Magistratus ordinarios olim numerati fuerint? Resp. cum Lauterbach ad tit. ff. de Senatorib. 5. 3. Struv. cit. exercit. 4. th. 3. Miller oibidem ab initio Republice Romane Senatores non fuisse relatios inter Magistratus: Senator enim erat nomen Ordinis, non Magistratus: quandoquidem populus Romanus in tres Ordines erat divisus, Senatores nempe, Patrios, & Plebejos, atque ex his Ordo Senatorius erat supremus, & ad hoc præcipue destinatus, ut cum Magistratibus de Republica consultaret. Postmodum vero, præserum sub Imperatorib. Senatores extra ordinem jus dixisse, & Judices dedisse, probant textus in l. hinc item. 1. §. 10. ff. de Polycland. l. quo minus 2. ff. de Flaminib. l. tractandum 1. §. 2. ff. quibus appellari non licet.

- 127 Talis est III. Praefectus Urbis, cui, dum alii Magistratus foris agebant, praefectura Urbis cum potestate ius dicendis fuisse commissa d. l. 2. §. 33. sed, postquam Praetores, ceu Magistratus Ordinarii, recepti sunt, officium Praefecti Urbis exquiratur, solumque latinarum feriarum causa, in quibus populus Romanus in monte Albano Juri taurum sacrificaverat, quidam pro forma (ut aiunt) munus Praefecti Urbici sustinuit. Lauterbach ad tit. ff. de Offic. Praef. Urbis. 1.

128 Talis est IV. Praefectus Vigilum. Is præterat, Tribunis seu Capitanis septem cohortum militarium; debetaque peculiarem gerere curam effractorum, furum, raptorum, receptatorum, incendiariorum, quos etiam fustibus, virgis, aut flagellis castigare potuit. l. nam salutem 3. in pr. & 1. ff. de Offic. Praef. Vigil. Struv. exercit. 4. th. 26. & seq. & ib. Miller.

129 Talis est V. Praefectus annona, juxta Antonium Garrom ad cit. d. l. 2. §. 33. ff. de O. J.

§. II.

De Magistratibus Provincialibus.

- 134 M agistratus Provinciales apud Romanos nominabantur, qui foris, id est, in provinciis extra Italiam, vi tricibus eorum armis in potestate Romanæ Potentiae redactis, ius dicebant.

Ex horum censu numeratur I. Proconsul, quasi Consulibus Urbici munus & officium exercens. Hui plenissima competit potestas, voluntaria (quam egressus ex Urbe mox exercere potuit. l. omnia Proconsules 2. in pr. ff. de Off. Procons.). & contentiosa (quam, ubi Provinciam ingressus erat, primum explicare volebat d. l. in pr.) ordinaria & extraordianaria. l. in aliām 7. §. 2. l. & idem 8. l. nec quicquam 9. in pr. ff. d. Imperium merum & mixtum l. folent 6. in pr. l. scilicet 1. ff. l. un. Cod. eod. tit.

135 Jungebatur ei propter multitudinem cauflarum Legatus, ceu Vicarius & Adjutor, qui quidem Jurisdictionem habebat à Legi vel Senatu ut propriam l. cognito 4. in pr. ff. de Off. ejus

vñias ex vñigalibus & aliis Republica preventibus collegat, &c, quantum quidem ad id munus obendum requirebatur, ius dixerat. Sutholt de Jurisd. apophis 215.. Miller ad Struv. d. exercit. 4. th. 18. lit. 4.

IV. numeratur Procurator Cesaris, qui res 139 fiscalia & pecunias publicas, in provinciis, ad Imper.